

In Excesum

necdum opinatum qvidem,  
beatum tamen indubie

Viri

*Et Natalibus Antiquis Clarisq;*

*Et vita integrata Præstantissimi, Spectatissimiq;*

Dn. JOHANNIS FRIDERICI Hadamer/

apud Vratislavienses

Civis atq; Mercatoris gravissimi,

iisq; Virtutibus,

*qua Viro pariter & Cive bono*

*maxime videntur dignæ esse,*

*ornatissimi;*

qui

A. D. III. Id. Januarias

Ann. Christi cl̄cxcvii.

Anno autem ætatis XLVI. currente;

catarrho apoplectico ad mortem appulsus:

A. D. xvi. Cal. Februarias,

sepulturâ Christianâ, eaq; honoratiore

afficiebatur;

AMICORUM

& Uxori, & Socrui beatè Defuncti,

*Pudicissimis, præclariq; exempli Fæminis,*

quas hanc etiam ærumnam DEUS exseqvi voluit,

piè officioseq;

dolorem suum declarare

*cupientium*

CARMINA EPICEDIA.

---

VRATISLAVIAE

Typis GEORGI BAUMANNI.

Epigramma Friderici Widebrami.

**V**ita Viatoris quasi transitus. Omnia finem,  
Quæcumq; immundus mundus honorat,  
habent.

Transit honos, transit fortuna; pecunia transit:  
Mente DEO similis, corpore transit homo.  
Transi vère Patres, simul hinc transibimus omnes:  
In cælo patriam qui bene transit, habet.

Leidtragenden Herzen zu Trost  
ins Deutsche versetzt:

Bleich wie ein Wandlerßmaß in eyl vorüber streichet/  
D nicht anders/düncket mich/vergehet vn verschleicht  
der Henschen Leben auch. Da alles was die Welt  
so hoch erhebt vnd liebt/vergeht/zerbricht/vnd fällt.  
Gunft/ehre/glück vnd geld vergeht/vergeht/vergehet:  
der Hensch/der als ein bild des höchsten zierlich steht/  
vergeht dem leibe nach. Die Väter sind dahien/  
vnd wir/wir werden auch nur diese strasse ziehn.  
Wol dem der seelig stirbt; denn der hat überwunden/  
vnd dort sein Vaterland im himmel schon gefunden.

Von  
CHRYSOSTOM. SCHULß.  
Leorin. Siles.

Ut poterant, HADAMERIADEN, dum degeret orbe,  
Oppida certabant demeruisse tria.  
BERLINUM genuit, BUDISSA eduxit, at urbis  
Jus BRESLA, & thalamum præbuit, & tumulum.  
Jam reliq; urbes, meritorum nomine, BRESLA  
Pænè videbatur vincere pulcer honos.  
Ecce tibi, \* BELOS qvæ nominata Pelasgis,  
Urbs superis inter sidera floret agris:  
Illa, inqvam, qvæ mortali regione profecto  
Ætheris obtulerat civica jura Viro:  
Si meriti spectentur, ait, duramina, qvovis  
Judice, debetur jure mihi omne decus.  
Qvicq; id erat, qvod MARCHIA, qvodq; LUSATIA telli,  
SLESIACUMq; solum contulit, omne fuit.  
Qvos PARADISIACIS semel acceptavit in oris,  
Jam nunc ELYSI mens HADAMERIADÆ:  
NATALESq; novi, VITÆq; atq; URBIS honores  
Angelicæ, cœli perpetelege manent.

\* Βαλδος Gracis cœlum est. Eapropter autem hoc vocis hic  
usurpatum, ut nominatarum urbium nominibus,  
initiali responderet littera.

Inventionem ante annos paulo  
minus duodecim, in Epithalamio ex-  
orsam, in Epicedio detexens,  
Memoria Integerrimi Viri, optimi q; Civis  
1. m. q; dabam,  
sinod i M. ELIAS MAJOR P. L. C.  
Gymnasi Vratislaviensis Elisabetani  
Rector & Professor, ceterarumq;  
ibidem Scholarum Inspector.

IIIc

**I**lle Budis sinâ formatus civis ab urbe,  
Organon & Breslæ nobile Mercuri,  
Heic situs est HADAMAR crudo preceptus in ævo;  
O desiderium curaq; magna Suis!  
**N**am Socrui fuerat privatæ Coniuge charo,  
Præsidum Viduæ grande, nitensq; decus.  
**A**c robusta suæ dulcis tutela Maritæ,  
Pignoris unius firma columna sui.  
**E**n nunc præsidio Socrus viduata benigno,  
Et sine tutelâ pressa Marita foret:  
Filia parva Patris firmâ foret orba columnâ,  
Et Schroeéra domus lubrica, nuda basi:  
**N**i Socrui pridem viduæ, viduæq; Maritæ,  
Et tutela foret, præsidiumq; DEUS:  
Filiolæq; orba ceu firmâ, Patre, columnâ,  
Nunc suffulta foret cura paterna DEI.

Collugens F.  
CHRISTOPH. COLERUS.

**V**er tentis anni cardines Patulcius  
Nuper reclusit aureos,  
Maqtantq; votis haætenu se mutuò  
Amiculi solennibus,  
Beatitatis apprecazi copiam  
A Rege magno cœlitum.  
Nec te minus freqvens salutator bonis  
Excepit usq; vocibus,  
**O** Hadamere, cum videret Mercuri  
Obire nuper te forum,

En ut

En ut repente, qvam vovebat vox pia  
Felicitatem indeptus es,  
Exemptus orbe, civis ætheris novus,  
Non hoc, opinor, plurium  
Preces volebant splendidæ, qvi termino  
Beatitudinem brevi  
Claudunt, nec ultra vota mundi publica  
Promittere audent pectora,  
Sed tu salutem præ caducis cœlicam  
Remis petebas concitis.  
Hunc ergò portum nunc beatitudinis  
Cœli colonus occupas,  
Et vanitatem vanitatum despicias,  
Qvæ distinet mortalia.  
Qvid pulcruis reciproco suspirio  
Pius precabitur pio,  
Æetrnitatis qvam futuram gloriam?  
Nam cur moretur sors vaga  
Mentem sacratam siderum choragio?  
Cur fluxa captemus bona?  
Inferre cœlo vota debet Spiritus,  
Deduxit unde originem.

*Ex tempore, sed ex animo  
condolens inter occupationes  
profundebam.*

M. JOHANNES Fechner.

**N**ondum integrâ suis exactâ est hebdomas horis,  
Dum me Olsena jubet littera flere socrum.  
Socrum,

Socrum, Langorūm quæ Nata Sororq; duorum,  
Candidulis rumor quos vehit almus equis.  
O! sūci Genitor pars princeps quippe Senatus  
Dirēxit populum non sine laude suum.  
At major cultura tulit super æthera Fratrem,  
Ut quoq; Principibus carus abinde Viris.  
Namq; Podibraicæ stirpis cordata propago  
Hunc à Consiliis jus sit adesse suis.  
Nec satis, ipsa etiam Romani Cæsaris aula  
Audit orantem hunc obstupuitq; Virum.  
Et Pallatinis FERDINANDI adscribere Consis,  
Non sine consilio judicioq; jubet.  
Hanc igitur lacrumis prætristi funere mersam,  
LANGIADEM Pietas me decorare jubet.  
Ast veluti Pietas illic, sic præcipit isthic  
Conditio humana flere Hadameriadæ.  
Hei mihi quām clari Subolem magniq; Parentis!  
Quām docti Fratrem Fratris & ingenui!  
Tu testis Lusatæ satis Budissa locuples,  
Hæc quia cuncta Tibi cognita rumor ait.  
Sed quod & ipse suo se Patre & Fratre probarit  
Dignum, tu testis, nostra Budorgis, eris.  
Uisq; adeò nec Roma fugat, nec nobile Tibur  
Fata, sed urna capax nomina quæq; movet.  
Inter pios ita fletus

συμπάθεια


JOHANNES GEBHARDUS

Gymn. Elisab. Vrat. Collega.

Æterni

Æterni Patris Suboles ab utrcq; Parente  
Quæritur, heu / tres non absq; dolore dies:  
Inventus sacrâ Solymorum in sede, Parentes  
Instruit afflitos exhilaratq; suos.  
CHRISTUM Hadameriades tristi quæsivit in orbe:  
Cœlica cernendum hunc præbet ei Solyma.  
Æterno fruitur penes hunc solamine, & inter  
Æthereos laudem cantat ei socios,

apponeb.  
CASPARUS Hoffmann  
Gymn. Elisab. Collega.



1. *Deinde dicit dominus ad Ioseph*  
2. *venire ad me omnes quoniam regnum dei  
venit propter eum*

